NICOLAUS DE LYRA
Österreich (Salzburg), 1457 Seite 163v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26859
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quia in hoc conformamini michi
In hac autem ratione sic procedit quia primo de
clarat minorem huius rationis per tribulationes
quas sustinuit ad eos venit secundo per eas quas sustinuit
cum eis manendo ibi Memores enim
Prima adhuc in d quia primo ponit
suam declarationem secundo removet multi
plicem obiectionem ibi Exhortatio
Circa primum dicit Nam et ipsi scitis
fratres introitum nostrum ad vos .i. mo
dum introeundi quia non fuit in
anis .i. levis et facilis sed valde
gravis sed ante passi gravia verba
et contumelias affecti per verba
aspera sicut scitis quia hec non fuit longe
a civitate vestra Ideo subdit In
philippis que est civitas macedo
nie ut habetur Act 16 Ibi enim paulus et
silas fuerunt gravius virgis cesi et in
carcerati ut habetur ibidem Fidu
ciam habuimus in domino nostro loqui
ad vos etc. q. d Ex illis tribu
lationibus non fuimus territi sed in do
mino confidentes venimus ad
predicandum vobis evangelium dei et circa
hoc fuimus valde soliciti q. d propter
quod in tribulationibus debetis con
solari tamquam nobis conformes
effecti Exhortatio Hic con
sequenter removet multiplicem
obiectionem Posset enim aliquis
dicere quod non esset consolabile pau
lo conformare eo quod est defectuosus
in vita et doctrina sicut dicebant
pseudo apostoli de ipso propter hoc removet
excludendo illa per que posset
impingi in eius doctrinam ut vi
tam dicens Exhortatio enim nostra

non de errore circa fidem qualis erat
hereticorum doctrina sed de veritate
mea neque de immundicia sicut erat
doctrina epycurorum que tunc vige
bat ut habetur Act. 17. neque in dolo
sicut docebant falsi christiani qui aliquando
dicebant vera de fide katholica ut
deprehenderentur katholici sicut de torquato
legitur in legenda sancti Tyburcii sed
sicut probati sumus a deo .i. approba
ti ab ipso ut crederetur nobis tamquam fideli
bus ministris evangelii .i. predicatio
evangelii Ita loquimini fideliter predicando
querentes dei beneplacitum et non hominum
sicut scitis ex visu et auditu neque in
occasione avaricie predicando propter ques
tum nec propter vane glorie fastum sicut
predicabant pseudo apostoli cum possemus
vobis oneri esse accipiendo sumptus
a vobis et etiam honorem ut christi
apostoli viri quibus talia debentur sed facti
sumus parvuli in medio vestrum inter
vos humiliter conversando et non so
lum humiliter conversando sed etiam cari
tative ac dulciter tamquam si nutrix
foveat filios suos lacte et nutri
mento corporali ita desiderantes
vos et si vestra cupide .i. intense
desiderantes vestram salutem vole
bamus vobis tradere non solum
evangelium dei quod est spirituale nutrimen
tum sed etiam animas nostras .i. vitas
nostras parati sumus pro salute vestra ex
ponere Quoniam karissimi facti estis nobis
Maiorem enim caritatem nemo
habet quam ut animam suam ponat quis
pro amicis suis Memores enim
Postquam apostolus ostendit se tribulationes